



III 14

W.

Rubr. XIV. Nro. 323.

Gymnasial-Bibliothek

zu Cöthen.

Del. zu Fou Vc 4629a

G

Joh. Carl Emanuel Frey
Biblj. rep. schol. dedit
pro disceptu 1766.

**Lehrerbücherei
der
Oberschule f. J.
Köthen/Anh.**

Ge/Sa/W.

L 153,

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

2

Christianorum
LARVAS NA-
TALITIAS

SANCTI CHRISTI
nomine

commendatas,

Post evolutam originem,

A. confodit Joh. J.

Stylo Theologico

Conscientiosus Christi cultor

CHRESSULDER.

LIPSIAE,

Typis & Sumptibus JOHANNIS

COLERI, ANNO 1674.

Lehrerbücherat

der

Oberschule f. J.

Höhen/Anh.

DIS
TERRESTRIBUS,
Regis Regum, & Domini Do-
minantium
JESU CHRISTI,
in his mundanis
VICARIIS,
ECCLESIAE NUTRICIIS,
REIPUBLICAE PATRIBUS
Et Majorum & Minorum
gentium
UNIVERSIS,
ex sincero animo
hoc,
quicquid est,
offert
AUTOR.



*In Nomine sanctissimi
JESU!*

§. I.

NOva nunc scribo,
nova recipienda
svadeo, antiqua &
longo usu recepta,
à multis magni æ-
stimata damno &
proscribo. Ingens profectò &
arduum opus, ad quod suscipi-
endum & sustinendum nec au-
dacia, nec novitatis & scripturi-
endi prurigo, nec quæsitã à mū-
do gloriola, sed hæsitans diu, &
inquieta stimulavit conscientia.

A 2

Ac

Accedit ætas nostra morum pessimorum fertilis, quæ non minus correctione subinde indiget, ac asellus sapidus frequenti & vehementi opus habet contusione. Nam quæ olim *Horatius*, delictum illud *Mecænatidis*, corruptos seculi quotidie in pejus ruentis mores expendens, cecinit:

Damnosa quid non imminuit dies?

Ætas parentum peior a vis tulit

Nos nequiores, mox daturus

Progeniem vitiosorem.

Ea nunc, proh dolor! quò altiorrem ævi adscendimus gradum, tantò verius decantanda videntur nobis Christianis. Equidem cum cœcâ gentilium & execrandâ idolomaniâ, effrenatâ libidine, impunitâ scelerum & flagitiorum omnium licentiâ si

con-

conferas nostrum , in quo sumus per Dei gratiam collocati, ordinem Christianum, multum interesse deprehendes. Florent apud nos Republicæ saluberrimis legibus instructæ ; compefcit severa superiorum animadversio vagas libidines; disciplina laxa novis præceptis vincitur ; Ecclesia à Papisticis abominationibus & corruptelis est repurgata ; purè docetur verbum Dei; ritè administrantur Sacramenta, & quilibet in ea, quâ positus est, statione bono publico, & salutis omnium, optimè studet cõfulere. Hæc certè ejusmodi bona sunt, de quibus meritò nobis gratulamur.

§. 2. At sicut nihil ex omni parte est beatum, nihil in hac vitæ imperfectione perfectum: ita

nostram adhuc hodiè Ecclesiam
 & Rempubl. esse quibusdam a-
 vorum, ad damnabilem & exe-
 crabilem ἐθελοθρησκείαν proclivi-
 um, ritibus infectam, pii omnes
 conqueruntur, & conquesti sunt
 olim. Reformata est per B. Lu-
 theri ministerium Ecclesia Chri-
 sti superiori seculo, quod ingens
 beneficium nunquam non gra-
 tâ mente recolimus; sed non
 ita penitus reformata, quin no-
 stris moribus denuò fieret de-
 formata. Clara est & pura do-
 ctrina, ex limpidissimis verbi
 Dei fontibus hausta ac tradita;
 sed vita audientium vitiis multis
 contaminata, indies purganda.
 Fatetur id ipse B. Lutherus, qui
 Tom. II. Jenens. f. 49. ita scribit:
 Sollen wir unsern Chor so rein hal-
 ten / daß auch St. Peter nicht strau-
 chele

chele unter uns ; so doch unter denen
 Papisten eitel Judas und Judas
 Lück sind. Et Tom. VII. f. 434.
 ita ille heros : Bey uns ist Fleisch
 und Blut / ja der Teufel unter Hiobs
 Kindern / der Bauer ist wild / der
 Bürger geizet / Adel krakt / wir schreyen
 und schelten getrost durchs Wort
 Gottes / und wehren / was und so viel
 wir können.

§. 3. Sed utinam in privatis
 tantum quorundam moribus
 malum ejusmodi persisteret,
 nec ut immedicabilis gangræna
 totum cœtum inficeret, infama-
 ret & deformaret. Verum ita
 nos delectavit papisticum fer-
 mentum, ut semper, quoad ritus
 quosdam, eamus ad vomitum,
 ad frugem nunquam. Produco
 nunc ego, speciminis loco, ritus
 nefarios, impios, vanos noctur-

narum Larvarum, in puerorum
 terrorem hinc inde vagarum,
 quos nostri sacrosancto Natali-
 tiorum Christi tempore tantâ
 cum religione observant, ut Ec-
 clesiam credant corruere, &
 profanari festum, nisi tot & tanti
 subinde ignes tatur & in plateis
 libidinosè oberrarent, & ceu in-
 fausti lemures, ædes tumultu, &
 innocentes puerulos ac puellas
 terrore explerent. Adeo Caco-
 daemon, dux & autor tanti scele-
 ris, delectatur larvis, ut quodvis
 tēpus Christo sacrū & dicatū, iis
 vestiatur, & homines ociosos & fla-
 gitiosos tam sacro & pulchro or-
 natu donatos in publicum pro-
 trudat. Sic Christiani profana-
 bant tempus quinquagesimale,
 sacris de passione & morte Chri-
 sti meditationib9 consecratum,
 in-

inauditâ ac horrendâ infaniâ,
cum tantâ pompâ, tantoque stu-
dio celebratis Bacchanalibus, ut
si quispiam Græcorum aut Ro-
manorum antiquissimorum ad
nos, ex inferis excitatus, rediif-
set, sua Bacchanalia & Luperca-
lia agi, sanctè jurâisset. Modum
graphicè describit *Hospinianus*,
lib. de Fest. Christ. f. 45 b:

*Modò videas prodeuntes, qui exhi-
bent impexos agricolas, modò qui mon-
strosâ formâ homines, quales in Indiâ aut
apud Garamantas gigni creditum est,
modò qui alias cujuscunque conditionis
personas, habitu, omnibusq; actionibus ad
turpitudinem significandam, aut nimium
ad risum movendum compositis, refe-
runt. Omnes autem personis tecti, ne à
quoquam agnoscantur, & viri frequen-
ter veste fœmineâ, interdum etiam fœ-
mine veste virili, tanquàm si pulchrum*

aut honestum foret, sexum mentiri. Nonnunquam insuper quidam sic deformati, ut figuram omnem humanam prorsus excuisse diceres: nam cornuti, rostrati, dentibus aprinis, flammantibus oculis fumum & scintillas ex ore exhalantes, curvis unguibus, caudati, hirsuti, denique & monstrosi terribilesq; cacodæmonas videri atque timeri affectant. Nonnulli in divitum ædes sese ingerunt, comœdias vel tragœdias, easq; non omninò turpitudine vacantes, exhibituri. Saltationes porrò iisdem diebus sunt admodum lubricæ & impudicæ, pars in foro & in plateis, pars in domibus privatis, & noctis perinde atque interdiu. Accedunt luxuriosa ac temulentia conviviva, ad intempestam noctem, si non ad crepusculum, protracta. Hoc tetrum illud monstrum, Chimæra, est, à dicto Autore descriptum. Sed etsi satis pessima hæc consuetudo erat in-

ve

veterata: tamen iusto magistratûs Christiani zelo & indignatione, id quod gratâ agnoscimus mente, non tantùm temperata est, sed è medio planè sublata, ac radicitûs extirpata apud nostrates. Atque sic jejuni Christi Salvatoris jejunia, & absque dulci illâ insipientiâ, & amabili infantiâ eum, cuius vulneribus sanati sumus, piè consideramus & colimus. O si similis purgatio circa Natalitium Christi festum aliquando demum susciperetur, ut non ad larvas & spectra, sed ad dona spiritualia à Christo allata devotum animum verteremus.

s. 4. Sanè si ullum est tempus, quod piis meditationibus transigi fas est, hoc ipsum tale deprehendimus; at idem, quod nefariis lusibus, abominandis

abusibus & superstitionibus depravatur. Dedit nobis Deus, quod summum, quod maximum, quod optimum est, unigenitum suum Filium, cui idcirco cum semper, tum maxime festivo illo tempore & Festo, quod *metropolim reliquorum omnium festorum vocat Chrysostomus* in Orat. de Philogon. immortales debentur gratiæ. *Quis hæc beneficia,* inquit Ambrosius, *non in infinitum extollat, quæ Deus præstitit homini, Dominus seruo, conditor creaturæ?* Hinc ut & ipsam sacrosanctam Salvatoris Nativitatem, & ex eâ ad nos manantia bona diligenter meditaremur & perpendere-
mus, religiosa & devota antiquitas voluit, ut nos ad eam purgatis animis, & aliquantulum semotis curis mundanis præpara-
re-

remus. Et eum in finem ante
Natalem (sicut passioni Quadra-
gesimarum dies præmisit,) cer-
tas ordinavit septimanas, quas
Dominicas Adventus Domini
appellant, quibus digna fieret
præparatio, ut eò majori devo-
tione diem illum, quo nos visita-
vit oriens ex alto, celebraremus.
Hanc fuisse veterum Ecclesiæ
Doctorum mentem, testatur
D. Ambrosius, ita scribens: *Hoc*
tempus non sine causâ Domini Adven-
tus vocatur: ideò enim S. Patres cele-
brare cœperunt Adventum, ut se unus-
quisque præparet fidelis & emendet, ut
dignè Dei sui Nativitatẽ valeat celebra-
re. Verùm ita sanctissimum hoc
Festum supersticiosâ sollicitudi-
ne fortilegiis, præstigiatoriis &
magicis artibus, aliisque ludicris
profanatur, ut non Deo, sed Dia-

bolo credas esse sacrum. Con-
 questus est jam olim, & taxavit
 eam vanitatem *Discipulus*, Serm.
 de Temp. XI. ubi hæc legun-
 tur: Sunt quidam, qui debent esse con-
 tristati, quòd istam noctem in ludo con-
 sumserunt, nec aliquod devotionis servi-
 tium nato puero impenderunt: qui in cra-
 pula & ebrietate vixerunt: qui infideli-
 bus suis sortilegiis, & in cæteris incredu-
 litatibus suis tempus illud sacratissimum
 consumunt: qui in his duodecim noctibus
 sequentibus multas vanitates exercent:
 qui Deam, quam quidam Dianam nomi-
 nant, in vulgari die *Frauenhuld*/
 dicunt cum suo exercitu ambulare: qui
 cumulos salis ponunt, per hoc futura præ-
 nosticant: qui calceos per caput jactant:
 qui arbores cingunt: & signanter, qui
 cum micis & fragmentis, quæ tollun-
 tur de mensâ in vigilia Nativitatis
 Christi, sua sortilegia exercent. Omnes
 tales

tales merito, sicut noctuæ, ex cæcatis & maledicti incedunt hodiè in tam clara hujus diei luce. Sic ille de suo tempore. Nostro ævo Satanæ astutia, & hominum laxata licentia ingenti numero adauxit illas ineptias, queis effectum est, ut credant aquam sub medium noctis natalitiæ per horam integram in vinum transmutari: ex umbra accensæ candelæ mortis, ex duodecim dierum tempestate futuræ tempestatis, auguria capi posse, & quæ sexcenta sunt alia.

§. 5. Sed has anicularum fabellas, & superstitiosas ineptias hîc perstringere, animus non est. Abhorrent ab iis, quibuscunque mens integra est, & iudicium sanum. Taxant eas Verbi Dei ministri plus fatis; & vel simplices, quibus religio curæ est,

est, patresfamilias in suis da-
 mnant, & sedulo, ne intra suos
 parietes tale quid committatur,
 provident. Ego verò jam reji-
 cio, quod diu impunè, etiam ab
 iis, quibus ^{ευχρημοσύνης καὶ τάξεως} cu-
 ra in Ecclesia & Republ. confer-
 vandâ, divinitus injuncta est,
 fuit toleratum; à multis cum ve-
 hementi desiderio, adveniente
 tempore, expectatum, decan-
 tatum, præmiisque ornatum.
 Scilicet cum quotannis cerne-
 rem, circa tempus Natalitium,
 vigiliâ imprimis Festi sacratissi-
 mi, more recepto, homines
 quosdam Christianos partim fa-
 cie larvali fædos, nigris lemuri-
 bus non absimiles; partim juve-
 nili formâ, ceu lares compitales
 & viales, conspicuos; partim ve-
 neranda canitie graves, hunc
 fan-

sanctum Christum, illos sanctos Christi ministros, alios divos Apostolos, alios denique ad æterna supplicia damnatos Diabolos, mendaci specie præ se ferentes: indomita sæpè lascivia, comitante nequissimorum puerorum, servorum, ancillarum colluvie, ubivis viarum oberantes: mox splendida pompâ & veneratione novos tragædos in ædes admittos: adductos in puerorum terrorem propius, à quibus tantum non ex animatis, osculis, precibus, cultuque planè religioso excipiebantur; rem cœpi altiùs expendere, & sic cogitare: hem, Christiani nos sumus, qui in solo Christo gloriamur, instat tempus sanctissimis meditationibus consecratum; & hi temerarii & in-

con-

considerati, & inconfulti, velut
de grege porci, homines, ita sa-
crum tempus contaminant,
tantas turbas, tantas ineptias,
tantas fallacias occipiunt, nomi-
ne Christiano prorsus indignas?
Modò credebam, hos ad votum,
quod Apulejus habet, ex orco
esse emissos: En! malus fortè
quidam genius obvias illas spe-
cies mortuorum, quicquid um-
brarum est usquam, quicquid le-
murum, quicquid manium,
quicquid larvarum, oculis no-
stris oggerit: fortè hìc collecta
sunt tetra noctium occurfacula,
infausta bustorum formidami-
na, horrida sepulchrorum terri-
culamenta. Modò, idque fre-
quenter, stomachabar: Ohe, in-
dignè factum! spurcis sermoni-
bus miscentur sacræ voces, la-
sci-

scivis gestibus irritantur sequio-
ris sexûs homines ; idololatriæ
venenum teneris parvulorum
animis instillatur ; crassi & impii
de DEO conceptus cereæ ætati
imprimuntur ; & infinita scan-
dala & flagitia , sub religionis
specie , & pietatis larvâ exer-
centur.

§. 6. Hæc & plura sæpè me-
cum. Et cùm diutius me hic
scrupulus angeret, meque dubi-
um detineret, quid in ardua hac
re statuendum; statuebam Viris
religiosis , piis & eruditis illam
exponere; exponebam sæpè in-
ter amicorum colloquia, & mul-
tos mecum sentientes, quosdam
etiam dissentientes deprehen-
debam, nullum, qui animo hæ-
sitati omninò satisfaceret. Qua-
re, ut nodus aliquando ille solve-
retur,

retur, decrevi eum gladio Spiritus, quo semper cincti debent esse Theologi, committere dirimendum. Meum iudicium, involucris detractis, denudabo, aliorum, si res digna fuerit visa, (videtur autem dignissima) informationis gratia, expectans. Sic vides, L.B. quod ab initio statim dixi, non praematura vertigine, aut pravâ novitatis titillatione agitatum me nova hæc moliri, & nimiam confidentiam ritibus vetustissimis me opponere; sed omnia hæc à me profecta, & curâ religionis, & sciendi inculpato ardore. Nomen chartis præfigere nolui, non quòd lucifuga tenebras amem; verum quòd omnem suspicionem captandæ gloriolæ & vitiosæ audaciæ fugiendam, & præjudi-

ciol

ciorum, quæ recta suffocant iudicia, omnem occasionem præcidendam esse ducam. Optimè judicamus, quando rem expendimus, personam ignoramus.

§. 7. Ut autem inoffenso pede procedamus, non quæritur hîc, an parentes filiis, Sponsi Sponsis, amici amicis, dona invicem, quæ vocant *Christ, Bescheerung* / mittere possint & debeant. Non in dubium vocatur, an liberi pias ac devotas preces debeant discere, & isto tempore frequenti recitatione iterare. Non disquiritur, num fas sit, dona oblata nomine muneris sancti Christi, h. e. recens nati Jesuli, commendare, & pium ardorem & amorem in iis excitare. Hæc enim omnia esse licita, quis nega-

ga-

gabit? Sed cardo quæstionis in hoc versatur; An superiores, salvâ conscientia, permittere possint, ut in Republ. Christiana Christiani homines larvis suis & vario vestitu sanctum Christum, & personatum Diabolum, & demortuos Sanctos mentionantur; ut à parvulis adorentur; ut cujusvis generis flagitia, laxatis justis moderaminis habenis, sancto illo tempore, (ex abusu licet,) committantur; ut pueri & puellæ, sæpè ad interitum, tetro aspectu & stulto tumultu terrentur; ut denique in tot hominum animis devotio & pia desideria tempore digna, suffocentur &c. Negativam nobis svadent rationes non contemnendæ.

§. 8. Et primum quidem lar-

larvas illas detrahemus, & ipsius ritus natalia lustrabimus, ut ex ovo ipse, qualis sit, cognoscatur foetus. Miramur autem & admiramur maximè constans omnium penè Scriptorum hæc de re silentium. Qui enim ex professo non minus festa Christianorum, quàm ritus eo tempore solennes, describunt, vix lineolâ has larvas narrant; quâ autem occasione, quo autore, & quo tempore sint in Ecclesiam receptæ, de eo nihil habetur. Faciemus nos periculum, an, si non certam omninò originem, rudera tamen ex vetustissimis ritibus ostendere queamus.

§. 9. Sic autem procedemus: Larvæ hæc Natalitiæ (ita vocabimus) ad nos venerunt ex Papatu. Probat id traditio

&

& recens adhuc memoria. Imò
radices hujus consuetudinis pa-
papalis, ex gentilismo attractæ,
non obscure ostendit Ecclesia-
stica historiae series. Collige-
mus nos pauca, & in hanc char-
tam conjiciemus. Concilium Tu-
ronicum II. provinciale hunc in-
ter alios format canonem, qui 16.
est ordine: *Enimverò, quoniam co-
gnovimus nonnullos inveniri sequipedas
erroris antiqui, qui Calendas Januarii
colunt, cum Janus homo gentilis fuerit,
rex quidem, sed Deus esse non potuit.
Quisquis ergò unum Deum patrem, re-
gnantem cum Filio & Spiritu S. credit,
certè hic non potest integer Christianus di-
ci, quia aliqua de gentilitate custodit. Sunt
etiam, qui in festivitate cathedrae Domini
Petri Apostoli cibos mortuis offerunt, &
post missas redeuntes ad domos proprias,
ad gentilium revertuntur errores, &
post*

post corpus Domini sacratas dæmoni-
scas accipiunt. Contestamur illam solici-
tudinem tam pastores, quàm presbyteros
gerere, ut quemcunque in hac fatuitate
persistere viderint, vel (nescio) ad pe-
tras, aut arbores, aut ad fontes designata
loca gentilium perpetrare, quæ ad Ec-
clesiæ rationem non pertinent, eos ab Ec-
clesia sancta auctoritate repellant, nec
participare sancto altario permittant, qui
gentilium observationes custodiunt. Cō-
cil. Toletanum III. Can. 22. hæc
habet: Irreligiosa consuetudo est,
quam vulgus vel sanctorum solemnita-
tes & festivitates agere consuevit. Po-
puli, qui debent officia divina attendere,
saltationibus turpibus invigilant, canti-
ca non solum mala cantantes, sed etiam
religiosorum officiiis perstrepunt. Hoc
enim ut ab omnibus provinciis depella-
tur, sacerdotum & iudicum à Concilio
sancto curæ committitur. Similiter.

B

Ma.

Matisconense Concil. I. c. 9. facit mentionem *de ambulandi per plateas aut forum, quasi insultationis causâ, licentiæ, quæ à cœna Domini (h. e. à Paschate : hæc enim interpretatio legitur in Bracarenfi Concil. I. can. 16.) usque ad primam diem post Pascha usu fuit suscepta.*

¶ 10. Porro de canticis & ductis choreis tempore festivo solitis querelam habet Concil. Cabilonense c. 19. ubi hæc leguntur : *Valdè omnibus noscitur indecorum, quod per dedicationes basilicarum (hinc puto solennes esse rusticanas choreas encœniorum tempore usitatas,) aut festivitates martyrum, ad ipsa solemnia confluentes chorus fœmineus turpia quidem & obscœna cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos psallentes audire.* Hæc satis luculenter, nî
fal-

fallor, ridiculas gesticulationes & comœdias, quæ indies, ut serpere solet superstitio, vires ceperunt in Papatu, produnt.

§. II. Quin & donorum semina invenimus apud rerum Ecclesiasticarum scriptores, & Conciliorum observatores. Nam Concil. Constantinopolitanum VI. can. 79. inter alia hæc habet: *Quando aliqui post diem Natalis Christi Dei nostri reperiantur, coquentes simulam, & se hæc mutuo donantes, præextu scil. honoris secundinarum impollutæ Virginis matris, statuimus, ut deinceps nihil tale fiat à fidelibus.* Simila ergo mutuum fuit donum natalitium in recordationem (sic enim colligo ex dicto canone) nati Messiaë, & honorem beatæ matris virginis: cui dono postmodum alia sine discrimine fuerunt

runt addita, retento eodem fine ac respectu.

§. 12. Simili modo educitur *S. Martinus* in conspectum parvulorum, quos, ut liberalitas Martini, Episcopi olim Turo-nensis, in egenos in perpetua floreat memoriâ, munusculis ditat, imprimis musto: nam dies Novembris undecim⁹ illi sacer successit in locum festi ethnici *Æsculapio* dicti, quo musto ver-gente, i. e. in vinum abeunte, frons exporrigi & genio frena liberiùs aliquantulum laxari so-lent. Hunc excipit *S. Nicolaus*, liberalitate illi minimè in pue-rorum nationem secundus. Ce-lebris enim fuit eodem, quo vi-xit Martinus, seculo, quarto nim. *Nicolaus* Myræ in Lycia Episco-pus constitutus, qui, traditione
Pon-

Pontificiis non inusitatâ, marfupium pecuniâ turgens in cubiculum cuiusdam civis egeni noctu per fenestram immisisse fertur, quò filias tres, quarum corporibus aliâs quæstum facere, animum induxerat, honestè posset elocare. Hæc virtus, hæc historia elegans & certa, si Apella vult credere, singulis annis revocanda est in memoriam per illa, quæ distribuit, munuscula personatus Nicolaus. Et hæc præludia tandem sequitur universa cohors terrestrium Spirituum profesto Salvatoris Natalitio vaga.

§. 13. Certum tempus, quo sancta infania sit in Papatu stabilita, determinari à nobis non potest, quia non semel & simul, sed clanculum & pedetentim

non minus ceremoniæ, ac dogmatum corruptelæ sunt à nocturno peripathetico, Diabolo, disseminatæ. Si tamen conjecturis aliquid dandum, credibile est, seculo VI. sub Gregorio M. Romano Episcopo summa hanc superstitionem accepisse incrementa. Ut enim vir ille fuit, superstitionosissimus, & ingens fabularum & imaginum admirator, quem idcirco quidam *fabularum Patronum* rectè appellitant, & Mauritius Imperator *fatuum* salutavit: sic ab illo tempore homines miselli ficto sanctitatis cultu, & religiosâ imaginum adoratione nimis sunt fascinati. Producent hodiernum inter nos Scholæ quotannis, in quibusdam oppidis, in *festo*, quod vocant, *Gregoriano* subornatum
Epi-

Episcopum, sub sancti Gregorii,
 Scholarum Patroni, personâ,
 cum adjunctis satellitibus ordi-
 nis sacri, & aliis personis. Cujus
 festi convenientiam cum gen-
 tilium *Quinquatriis* hîc non attin-
 gam Vid. *Dresser. de Dieb. Fest.*
 p.44. Illas autem solennitates
 ante dictum Gregorium non
 fuisse, & nomen Festi innuit, &
 res ipsa cuius de media vulgî
 fece nota est. Postea consue-
 tudine pariter, ac publicâ Papæ
 Ecclesiæ autoritate, mimici actus
 & picturæ frequentiores factæ
 sunt. Sic enim concludunt Pa-
 tres Synodi II Nicænæ, A.C. 781.
 sub Pontifice Adriano I. cele-
 bratæ : *Fatemur unanimiter nos Ec-*
clesiasticas traditiones, siue scripto, siue
consuetudine valentes, & decretas reti-
nere velle : quarum de numero est

imaginum effiguratio, ut quæ historiæ
 Evangelicæ promissionis concinnat ad
 credulitatem veræ & non phantasticæ
 incarnationis DEI, & ad utilitatem si-
 militudinis, quam nobis exhibet utiliter
 inventam. His se sic habentibus regiam
 viam incedentes, & sanctorum nostrorum
 & divinorum Patrum doctrinæ insisten-
 tes, & catholicæ Ecclesiæ, in qua sanctus
 Spiritus inhabitat, traditionem obser-
 vantes, definimus cum omni diligentia
 & curâ, venerandas & sanctas imagi-
 nes ad modum & formam venerandæ &
 vivificantis crucis è coloribus & tessellis,
 aut aliâ quâvis materiâ commodè para-
 tas dedicandas, & in templis sanctis Dei
 collocandas habendasq̃, tum in sacris
 vasis & vestibus, tum in parietibus, &
 tabulis, in ædibus privatis, in viis
 publicis: maximè autem NB. imagi-
 nem Domini & DEI Servatoris nostri

Jesu

Jesu Christi, deinde intemeratæ Dominae nostræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde Sanctorum Virorum. Caranz. Summ. Concil. p. 535. Habes hîc in pictura sanctum Christum cum comitatu venerandorum Angelorum & Sanctorum Virorum.

§. 14. Sed hisce cancellis circumscripta non mansit eminentis illa sanctitas. Ut enim verè vivus esset cultus, vivi sunt substituti Pseudo-Christi, mendaces Angeli, Apostoli, Diaboli. Quin & hodie Papatus Natalitio tempore Jesulum infantem, Sanctam Matrem, Josephum, Pastores, Magos, crebra phantasia & idolomania supponunt, & in ipsis templis exponunt spectandos, quos religiosissimus quisque sustinet, & sua persona præsen-

tat. Et ne quid desit ineptiarum, asini & boves isti celebritati, quò tantò fiat splendidior & elegantior, rudi & inconcinnâ vociferatione ac boatu jubentur applaudere. Hanc devotionem graphicè depingit B. D. *Dannhauserus*, Part. V. Lact. Catech. Im blinden Babstthumb / inquit, gehet auff dem H. Weihnacht = Fest viel Aberglauben vor: Die unordentliche Ordens = Leut wenden grosse Mühe und Fleiß darauf / daß sie schöne Krippen zurichten mit Gold / Silber / Seiden / Perlen und Edelgestein; stellen sie da in die Kirche / legen ein Jesu Knäblein darein / stellen Mariam und Joseph / Ochsen und Esel darzu / den sehen die Leut an / und vergassen sich / behelffen sich mit den Hülssen / und geniessen des Kerns nicht. Wir sind des anklebenden Unflats auch nicht aller =

Ierdings befreyet : Von dem alten
 Päbstischen Sauerteig / bey uns ist
 noch der Puppen-Marckt überblie-
 ben/der viel oft an der devotion hin-
 dert / und viel Thorheiten nach sich
 schleiff. Wir lassen den albern Gö-
 tzen = Knechten ihre Kirchweih / sie
 mögens dermaleins bey dem dreyei-
 nigen Gott verantworten. Hos
 furfures in nostra reformata
 Ecclesia mansisse superstites,
 minimè mirum est. Purgavit
 Ecclesiam B. Lutherus primùm
 præcipuè quoad dogmata, non
 omnes uno impetu ritus & abu-
 sus sustulit. Vid. Tom. IX. Al-
 tenb. f. 1072. b. & 1074. a.

§. 15. Verùm ecquis Roma-
 næ Ecclesiæ eas ceremonias re-
 liquit? Certè Apostoli non tra-
 diderunt, nec literam suppedis-
 tat S. Scriptura, quâ istæ proben-
 tur.

tur. Ergò profectæ sunt vel ex
 scrinio aut cerebello papali, vel
 ex Gentilismo attractæ, & ad
 imitationem ethnicorum rituum
 impiè conflatae. Idque sic
 habere, firmissimè credo, & pro-
 lixiùs paulò nunc diducam, rituum
 Pontificiorum, cum alio-
 rum, tum hujus imprimis con-
 formitatem cum ethnicis osten-
 surus.

§. 16. Habet id solenne Pa-
 pismus, ut cum ethnica religio-
 ne conspiret amicissimè, faten-
 tibus id Pontificiis Scriptoribus,
 Cardinali *Baron.* ad ann. 44. §. 86.
 88. It. ann. 439. §. 15. ann. 496. §. 46.
 ann. 58. §. 78. *Gretser.* lib. II. de di-
 sciplin. c. 3. p. III. sq. adde *Polydor.*
Virgil. l. 4. de Invent. c. 4. l. 5. c. 1.
 Hinc Synodus, sub Zacharia
 Papa, & Carlo-magno duce,
 A. 742.

A. 742. habita, mandat, ut Episcopus spurcitas omnes gentilitatis abjiciendas curet. Verba can. 5 sic habent: *Item decrevimus, ut unusquisque Episcopus in sua parochia solitudinem habeat, adjuvante Graphione, qui defensor Ecclesie est, ut populus DEI paganas non faciat, sed ut omnes spurcitas gentilitatis abjiciat. Examinabimus nos præcipua spurciciei capita. Perpende processiones & circumgestationes; rudera in ethnicismo invenies. Quod fatetur Serarius de Process. c. i. ubi scribit: ille omnis apud nos etiamnum retinetur usus, qui apud gentiles aut fuit, aut esse potuit. Et Polyd. Virg. de Rer. Invent c. ii, Paganorum, inquit, exemplo in pompa sacrificiali divorum imagines vel reliquias gestant. De Cœlibatu & monogamiâ Sacerdotum, ex Hieron. l. 2. con-*

tra Jovian, ita B. Chemnitius Part. III
 Exam. p. 86 scribit: *Antequàm re-*
ligio nostra fulgeret in mundo, unicubas
semper habuisse inter matronas decuit:
per illos fortunæ muliebri sacra fieri soli-
tum, nullum sacerdotem bigamum, nul-
lum flaminem bimaritum leges. Hiero-
phantas quoque Atheniensium usque ho-
diè cicutæ sorbitione castrari, & post-
quam in pontificatum fuerint electi, viros
esse desinere. Hæc Hieronymus. Ita
immundus Spiritus cum nefandis libidis
nibus omnia misceret, solum legitimum
conjugium à sacris suis Idolotaticis,
prætextu puritatis, pepulit. Discipli-
nam flagellatoriam expiatoriam egre-
giè adumbrant Baalis sacerdo-
tes in se sævientes, 3. Reg. XVIII.
Gentiles enim aut seipfos, aut
filios, aut etiam hospites immo-
lâsse Diis, sanguinis humani avi-
dis, quos sibi placatos & tutela-
res

res esse volebant, probant Dianæ
 Tauricæ belluina sacra, & alia his
 quàm simillima, quæ vide apud
 Alexandr. Neapolit. l. 6. Genial.
 Dier. c. 26. & ibi Tiraquellum &
 Lactant. l. 1. de Falsa Relig. c. 21.
De Natalitia festivitate, homini-
 bus & templis sacra Bellarm. scri-
 bit lib. III. de Cultu Sanct. c. V.
 p. 1399. *celebrandos esse dies natales
 magnorum virorum, natura docet. Id
 enim etiam ethnici faciebant: & apud
 nos celebratur singulis annis creatio Pon-
 tificis Maximi. Sic nudipedalis reli-
 gio, quâ monachi gaudent, à si-
 mio Dei Cacodæmone in gen-
 tilia, ac hodiè Turcica sacra trās-
 lata est, teste Serario ad Jos. V.
 p. 575. Vigilia nocturnæ ex Ifidis,
 Æsculapii & Cereris sacris in Ec-
 clesiam sunt derivatæ, conque-
 rente Polyd. Virgil. l. 6. Invent.*

C.4. *Angeli custodis fabulam cum placitis Platonis confert Drexel. in Horolog. hora 12. p. 245. Osculum papale à gentilismo derivat Bullengerus. Vid. Vindicias Capelli pro Casaub. l. I. c. 24. p. 199. Plura legi possunt apud D. Nicol. Hunn. in Apost. Rom. Eccles. p. 66. & B. Dannh. Christeid. Act. I. theatr. 2. Phæn. I. p. 464.*

s. 17. Ita, ut propius ad larvas nostras accedamus, vix aliunde, quam ex gentilismo ortum trahunt hi ludi sacri. Accommodamus his, quæ Lorinus ad Act. XIV. p. 609. applicat ad *νεκροφανέρωσις*, ubi scribit: *Vigebat apud gentiles opinio, Deos humanâ specie quandoque hominibus exhibere. Unde stabiliri opinio potest de animabus, quæ apparent interdum etiam ipsæ. Cui adde omninò egregium locum*

cum

cum ipsum Act XIV. 11. 12. Eam Deorum creditam apparitionem secutus est religiosus cultus, instituta anniversaria festa, quibus flores circa tumulos Heroum & Dæmoniorum spangebant, coronas dicabant, & quicquid ornamento esse videbatur, eò conferebant. Hinc idolorum cultus ex demortuorum hominum reverentiâ ortus; cuius rei vetustissimum habetur testimonium apud Sapientiæ Autorem c. XIV. quod observat *Selden*, de Diis Syr. p. 42. Sicut autem ethnici Viros fortes & strenuos, ita Papistæ sanctos, quasi redivivos ex sepulchris tractos, venerati sunt. Audi *Cardinalem Baron*, Ann. 44. n. 87. confitentem: *Suos mortuos Dominus noster in templo pro Diis vestris indu-*
du-

duxit : ac illos quidem cassos gloriâ va-
 nosq; reddidit , suis autem martyribus
 honorem illum dedit. Pro Pandis &
 Diasis & Dionysis , h. e. Jovis, Libe-
 riq; Patris solennitatibus, Petro, Paulo,
 Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, An-
 tonino , Mauricio , aliisq; sanctis marty-
 ribus solennitates populari pompâ pera-
 guntur. Eâ quippe licentiâ, quâ Deo-
 rum delubra in Ecclesias Christianas sunt
 laudabiliter commodata , NB. alii
 quoque ritus gentilium à nobis benedi-
 ctionibus expiati , divino cultui sunt
 consecrati. Subscribit Ludovicus
 Vives ad lib. 8. de Civitat. DEI,
 c. 27. Augustini : Multi Christiani,
 inquiens , in re bona plerumq; peccant,
 quod divos divasq; non aliter veneran-
 tur, quàm Deum. Nec video in multis,
 quod sit discrimen inter eorum opinio-
 nem de sanctis , & id, quod gentiles puta-
 bant

bant de suis Diis. Eam sanctorum
 memoriam excepit religiosa ve-
 neratio, iterum gentilium æmu-
 la. Cui assertioni denuò patro-
 cinatur scriptor Pontificius *Lori-
 nus* ad Act. XVII. pag. 724. *Quod*
superstitiosè gentiles faciebant, exponen-
do etiam extra templa Deorum imagines;
id religiosè Christiani faciunt, ut JESU
Christi, & Sanctorum veneratio pateat
latius, & fidelium pietas magis, magisq;
tùm excitetur, tùm foveatur, tùm auge-
scat. Has postmodum statuas
 & imagines cultas cum vivis
 personis larvatis permutârunt
 mimi Pontificii, ut in aliis festi-
 vitatibus, ita in *Φανερώσει* Christi
 natalitiâ. Auctoritatem his larvis
 conciliat sanctissima appellatio
 SANCTI CHRISTI: sicut
 gentiles non homines, sed Deos
 se colere volebant videri. Et
 Aa-

Aaron, ut idololatriis placeret, Dei Optimi Max. nomen ineffabile & proprium conuocationi ad castinam solennitatem præmittit: יהוה מחר inquiring, ליהוה מחר *festum JEHOVÆ cras.* Habebant & multi suos Lares, Ægyptii Serapides, quibus similes sunt descripti in sacris Teraphim, quasi bonorum datores, quæ idola domi colebantur in larario: Sequenti tempore cum Sanctorum, imò ipsius DEI, statuis & imaginibus permutata Severum Lampridius scribit, rem divinam facere solitum, cum in larario ad effigies Deorum, inter quos & Abraham ac Christi, Ciceronis & Virgilii imagines habuerit.

§. i^o. Proximè ad larvas nostras ille ritus accedit, qui etiamnum in Papatu observatur, quo

quo tribus diebus Jovis, proxime Natalem CHRISTI præcedentibus, pueri & puellæ noctu discurrunt, & pulsant ostia. Quâ consuetudinem *Neogeorg*⁹ lib. IV. Regni Papistici, ita describit:

Hebdomadas tris ante diem,
quâ natus Jesus
Creditur, atque die Jovis, &
pueri atq; puellæ
Discurrunt, pulsantq; palam
ostia cuncta domatim,
Adventum Domini clamantes,
forsitan haud dum
Nati, ac optantes felicem habitantibus annum.
Inde nuces capiunt, pira, nûmos,
poma, placentas:
Quisq; lubens tribuit. Tres
illæ namq; putantur

No-

Noctes infauftæ. Satanæ no-
cumenta timentur,
Sagarumq; artes, odiumque
immane Papiftis.

Id superstitionem ethnicam fa-
pere, deprehendit facilè, qui fa-
pît, & Romanorum *Lemuria*,
tribus noctibus ad placandos
Manes, eosque ex ædibus abi-
gandos, olim celebrata, legit.
Varro lib. I. de Vita populi Rom.
illa habet: *Quibus temporibus in sa-
cris fabam jactant noctu, ac dicunt, se
Lemures domo extra januam ejicere.*
Ipsum festum decantat. *Ovid.*
lib. V. Fast.

§. 19. Videtur in super fe-
stum Nativitatis Christi die 25.
Decembr. celebrari ex συγκατα-
βάσει Christianorum cum ethni-
cis.

cis. Ut enim Christiani eò citius & opportunius festa ethnicorum abrogarent, quibus inhærebant tenacissime, loco festi ethnici, censente *Casaubono*, *Johannis Baptistæ* post solstitium æstivum instituerunt, quod post se traxit, tanquam catenæ initium suas ansulas, festum Conceptionis & Nativitatis Christi. Ita sentit *B. Dn. D. Kromayerus* in *Hist. Eccl. p. 180.* *Cum nimis altas radices egisset Ethnicismus per totum imperium, non simul & semel, sed successive lapsu demum seculorum potuit extirpari. Quin & ut reliquias ethnicorum eò facilius sibi adjungerent Christiani, Episcopi, præsertim Romani, miris modis ad ritus ipsorum condescenderunt, unde dubio procul tanta ceremoniarum ethnicismum adhuc redolentium copia, ceu cataclysmus quidam, Papatum inundavit.* Id
ve.

verum esse etiam quoad festum Christi Natale, probant vetusta Ecclesiæ decreta & querelæ. Concil. Toletan. IV, can. 10, sic præcipit: *Statuimus, ut in omnibus diebus quadragesimæ Alleluja non cantetur, quia tempus mœroris est. In temporibus verò reliquis, i. e. Calendis Januarii, quæ propter errorem gentilium aguntur, omninò Alleluja non decantabitur. Optimus locus instituto nostro adprimè conveniens est, quem tradit can. 62. Concil. Constantinopol. VI. ubi tanquam in speculo, puerorum tyranni nostri cum gesticulationibus suis exhibentur. Sic autem habent verba: *Calendas, & vota & brumalia, quæ vocantur, & qui in primo die Martii mensis fit, conventum ex fidelium civitate omninò tolli volumus: sed etiam publicas mulierum saltationes multam**

noxam exitiumq; afferentes. Præter-
 eà & eas, quæ nomine eorum, qui falsò
 apud Græcos Dii nominati sunt, vel
 nomine virorum ac mulierum fiunt sal-
 tationes, ac mysteria more antiquo, &
 à ritu Christianorum alieno, rejicimus.
 statuentes, ut nullus vir deinceps mu-
 liebri veste induatur, nec mulier veste
 viro conveniente. Sed nec Comicas,
 nec Tragicas, nec Satyricas personas
 induant, nec execrandi Bacchi no-
 men, uvam in torcularibus exprimen-
 tes invocent, nec vinum in dolis ef-
 fundentes, risum moveant, ignorantia
 vel vanitate eà, quæ à demonis impo-
 sturâ procedunt, exercentes. His addi
 possunt, quæ Bonifacius apud
 Germanos legatus scripsit in
 Epist. ad Papam Zachariam,
 apud Caranz. Summ. Concil.
 p. 506. Quia Carnales homines idiote,
 Germani vel Franci, si juxta Roma-

C

nam

nam urbem aliquid facere viderint ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum & concessum à sacerdotibus esse putant: & dum nobis improperium deputant, sibi scandalum vitæ accipiunt, sicut affirmant, se vidisse annis singulis in Romana urbe, & juxta Ecclesiam sancti Petri in die vel nocte, quando Calendæ Januarii intrant, paganorū cōsuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu gentilium, & cantationes sacrilegas celebrare, & mensas illâ die vel nocte dapibus onerare &c. Responsio Zachariæ ad Bonifacium, quam in Epistola dedit, legi potest apud eundem Caranz. l. c. p. 508. ad septimum &c.

§. 20. Sed unde monstrum horrendum, informe, ingens illud, terribilis, quem vocant, *Rupertus*, horror commu-

mu-

munis puerorum, personatus
Diabolus? Romanis tanto fuit
terrori

Semper atrox dextrâ, perju-
roq; ense superbus

Hannibal, - - -

ut non citiq; petulantiam pue-
rorum domarent, quàm per-
vulgato & horribili illo verbo:

Hannibal ante portas! Nec mi-
rum id quidem: nam præter-
quam quòd consummatissimi
hujus infidiarum architecti, &
Romanæ libertatis hostis fu-
ror erat notus, vel ipsa vultûs
larvati truculentia poterat
horrorem timidis incutere.

Sic enim *Polybius* post exposi-
tionem commissæ ad Trebi-
am pugnæ de eo scribit: *Insidiis*
sæpenumerò à Gallis petibus, eâdem
levitate, quâ consenserant, crimen in-

dicantibus, Punico ingenio se defendit, crines diversarum ætatum artificiose compositos ac larvatos parari iussit. His assidue mutatis, variis etiam vestibus larvatis, crinibus convenientibus utebatur: adeo ut non solum his, qui raro eum viderant, sed etiam familiaribus ignotus esset. Numquid similis invenisti nostris larvis, pueritiæ terriculamētis? Quæ ratio fuerit imponendi nomē Ruperti, nullibi ego invenio. Suspicio tamen, ex historia quâdam illud huc tractum. Eam ex Trithemio narrat Hespinianus de Orig. Fest. Christ. f. 160. a. hoc modo: In Saxonia moris olim fuit hæc nocte (Natalitiâ) saltare & cantare, qui tamen mos Othero cuidam laico cum quindecim viris & fœminis tribus malè cessit: cum enim Sacerdos RUPERTUS

TUS mandaret eis per ædituum, ut ab huiusmodi levitate in nocte tam sanctâ desisterent, illiq; præcipienti non obtemperarent, commotus ille, stans ad altare dixit: *Faciat Deus omnipotens, ut per annum totum sic saltantes manere vos oporteat. Et per totius anni spacium saltârunt sine intermissione die ac nocte.* Refert eandem Lojolita Gretser. de Fest. Christian. lib. II. p. 371. ex Crantzio. Sed num eò, (sive fabula, sive historia sit,) respexerint vanitatis inventores, certò edifferere nec volo, nec possum. Desunt historiarum monumenta, quæ nos informent, & sic non nisi meris conjecturis inhæream⁹ necesse est.

§. 21. Prætereà succurrunt alia, si præcipue tempus spectemus, ex quibus spectra no-

stra esse enata , credibile est. Hoc enim ipso tempore celebrabant non minus Græci ac Romani *Saturnaliorum* solennitates, ubi servi à Dominis convivii excipiebantur lautissimis & lætissimis ; amici mutuas instituebant epulas ; servis impunè licebat loqui, quicquid petulantia & diffusa licentia suppeditaret , *Macrob.* lib. 1. & *Athenæus* lib. 14. Prætereà munera sibi ultrò citroq; mittebant , quæ *Tertullianus* in lib. de *Persec.* *Saturnalia* vocat, *Hieronymus* autem *Saturnalium sportulas*. Hæc omnia & olim, & hodiè partim à Christianis observari experientia, rerum magistra , edocet. Testatur insuper non obscure *Paulus Jovius* l. 38. *Hist. Vastium Medio-*
dio-

diolani veterum Saturnaliorum more Natalitia DEI Christi celebrasse. Et Saturnaliorum ritus tenaces Anglos Dominos, suos servos opiparis epulis excipere solitos, tradit Polydor. Virgil. de Invent. l. V. c. 2. p. 333. *Est & illud, inquit, ab ethnicis profectum, quod nunc per dominica Natalitia nostri ministri potestatem in dominos habent, atque unus eorum dominus creatur, cui cuncti familiares, lascivientes simul, parent, una cum ipsis dominis & patribus familiarum.* De donis hoc tempore nomine Christi oblatis nihil est, quod dicam, cum ea quilibet avidè expectet & cognita habeat.

22. *Hæc nondum sufficiunt. Ostendam alia vestigia, quæ ex gentilismo or-*

tum, nefandum illum abortum, tibi ostendant. Græci celebraturi ἐλαφία, decimo sexto Mæmaeterionis die agebant primâ luce pompam, in qua tibicem clasticum canens, plaustra myrto & coronamentis onusta, una cum tauro nigro. Priori ingenui inferium vinum, lac, oleum & unguenta portantes. Archon Plataënsis puniceo fago amictus cum hydria & gladio ad monumēta Heroum procedebant. Hic si archonta personatum, Christum; taurum nigrum, Rupertum dixeris, multum fortè non aberrâris. Quando *Hyacinthia*, Apollinis & *Hyacinthi* honoribus sacra, erant solemnia; primo & tertio die Lacones deflebant Hyacinthum, eique mit-

mittebant inferias. Cœna
dabatur sine coronis, sine pa-
ne : apponebantur tantum
bellaria, sine hymno. Secundo
autem edebantur spectacula
varia. Pueri in tunicis præ-
cincti ; pulsus citharæ; discur-
sus in equis exornatis per thea-
trum ; poëmatum à choro
^{ἑσπέρων} cantus ; saltatores seu
^{ὄρχησται} staticulos prisca moris
ad cantum & tibiam dantes.
Tum & Timomacho, qui La-
conibus olim contra Amy-
clæos subsidio venerat, lorica
ænea proponebatur. *Athen.*
lib. IV. Celebrabatur & Nata-
lis Apollinis, septimo quoque
Lunæ die Athenis, quo gesta-
bant laurum, coronabant ca-
nistrum, canebant DEO hy-
mnum, & ephebi agitabant.

convivium, *Gellius* lib. XV. Noct. Attic. *Θῦια*, sacra in honorem Bacchi instituebantur ab Eleis, stadiis extra urbem octo, quò credebant Deum accedere. Deponebantur à sacerdotibus tres in facello vacui lebetes, civibus & peregrinis spectantibus, & obsignabatur à quolibet facellum annulo. Postero die ingressi, signacula integra, lebetes vino plenos inveniebant. Hunc ritum Martini die nostrates, multi etiam Nativitatis vigilià imitantur. *Ἐρμαῖα* Mercurio & Vulcano dicata, *Pollux* lib. I. C. I. ita describit: Ferebatur in pompa amphora vini, & palmitis sarmentum: post trahebatur capra, sequebatur calathus cum ficibus, tum Phallo seu

seu Priapus ex ligno ficulneo
aut corio factus, quem de collo
suspensum omnes portabant,
Φαλλόφοροι hinc dicti, rectaque
ex adverso fuligine repleti in-
cedebant. Hos qui sequeban-
tur *Ἰπίορκοι* sagulis semialbis &
Tarentino tegmine ad talos
cooperti, serpillo vel densa ex
violis & hederâ corona caput
ornati, *ἰθύφαλλοι* vocabantur.
Successu temporis devenit
devotio ad insaniam. Sic, ut
Hesychius habet, Athenienses
in sacris Adonidis, illius, & Ve-
neris simulacra solenni pom-
pâ circumferebant. Cereri
autem cultum exhibebant, in-
cedentes cum facibus accen-
sis noctu, tam viri, quàm fœ-
minæ, errantisq; Cereris spe-
cie tumultuantes. Nil dicam

de festis Dianæ, quibus sæpè personis ligneis, variisque gesticationibus risum excitabant adstantibus: nil de sacris *Ναμαστιγώσεως*, quotannis apud Lacones, tradente *Plutarcho* in Lacon. Institut. celebratis, quo tempore se adolescentes nobiles, adstantibus parentibus & propinquis, qui ad perseverantiam cohortabantur, flagellabant: seu oraculo ita jubente, seu in *Pausaniæ* memoriam, quòd *Lydas* virgis & flagellis depulisset, seu ut vulneribus perferendis maturè assvescerent. Patet abundè ex dictis ethnicorum religiosa vesania, qua ceu larvis atque intemperii, insaniisq; agitati, Christianis-fimiis præluserunt.

§. 23. Et hæc, ni fallor, nostrorum sacro-profanorum spectaculorum incunabula sunt: hunc in ethnicismo embryonem, Babylonica meretrix enixa est perfectum foetum, & nobis nostrâ insanâ æmulatione alendum reliquit. An ergo diutius nostrâ patientiâ ac conniventia has abominations in loco sancto tolerandas censes? Equidem, tam rigidi non sumus, ut omne, quicquid vel ex gentilibus, vel Pontificiis est derivatum, superstitiosè nimis fastidiamus, & cane pejus & angve fugiamus. Quin potius, quid distent æra lupinis, quid lolium tritico, quid preciosum vili, prius dispiciendum esse, censeo. Admittimus etiam

Baronii, Annal. ad ann. 58 n. 77.
 illud quæsitum : Quis prohibet,
 profana per verbum DEI sanctifica-
 ta, in sacrum transferri usum? nonne
 constat, ex Ægyptiorum auro & ar-
 gento Dei jussu sacra vasa ad divinum
 cultum esse conflata? Admittimus,
 inquam, si profana illa è lumi-
 ne naturæ profecta, & usu
 communi per se adiaphora,
 nullam ad ipsam religionem
 relationem habent, nullamq;
 κακοζήλωσιν tovent. Sed cultus,
 cerimonias & usq, religionem
 seu directè, seu indirectè de-
 pravantes, contagiosâ imita-
 tione receptos, & divinis præ-
 ceptis adversantes, hos rejici-
 mus, damnamus, execramur.
 Spurius non omninò impro-
 by, connatam maculam nun-
 quàm abstergit, qui innocens
 sæpè

fæpè meretricii adulteræ amoris pœnas luit ; quod si ipse illum nævum suâ malitiâ auget illicò κακῆ νόρῃ κακὸν ὄν fugiendum quivis clamitat. Num verò aliam censes nostrarum larvarum esse conditionem ? Pepererunt illum foetum ethnici & Pontificii non in casto , sed adulterino (h. e. stylo Spiritûs Sancti, idololatrico) conjugio , nec ille foetus , dum nos sustulimus & aluimus inust i maculâ liberatur , sed foedus & foetidus manet , & captis quotidie incrementis , indies deterior red-
ditur.

§. 24. Age nunc , dimittemus genitores adulteros ; aperiemus ipsius sobolis deformitatem ; deprehendes larvam

vam

vam Diabolorum , lernam
malorum. Ego judico, in o-
mnia ferè Dei præcepta hunc
ritum, cum Accidentibus in-
separabilibus spectatum, im-
pingere. Cur ita judicem,
demonstrabo; num rectè de-
monstrem, tu æquè judica-
bis.

§. 25. Et *primùm* quidem
peccatur contra *primum Præce-
ptum*, quando eò impietatis re-
diguntur innocentes adole-
scentuli, ut *crassam Idololatriam*
committant. Qui enim religio-
sè adorat non-Deum, sive,
quod est Deus alienus, & ado-
rat quidem *terminativè*, ut in
hoc fictitio DEO cultus ille
terminetur: is committit cras-
sissimam idololatriam, Exod.
XX.3. sq. Sed id faciunt pueri

&

& puellæ nostræ, Ergò. Vin
Majorem illustrem? Examina
Israëlitarum moscholatriam
Exod. XXXII. descriptam,
severissimè à DEO punitam;
& hanc illorum idololatriam
superare non parum, inveni-
es. Illi adorant vitulum au-
reum; at cultum in eo ultima-
tò & terminativè non transfe-
runt, qui verum DEUM, JE-
HOVAM, v.5. sub hoc signo
venerari cupiunt. Non enim
adeò stolidi & excordes erant,
ut crederent, illud idolum, an-
te oculos ignis ope conflatum
ex auro, esse æternum vivum-
que Deum, & ducem atque
autorem itineris sui ubique
præsentem, ubivis potentem.
Et nihilominus idololatriæ rei
damnatur, Sic Pontificii, quos
jure

jure merito nos idololatriæ
 poscimus, non imaginem se
 fatentur colore, sed quæ per
 imaginem illam significantur.
 Sic enim habet Scholion ad
 verba Exod. XX. & Lev. VI.
 non erunt tibi Dii alieni præter
 me. Non facies tibi idolum,
 nec alicujus similitudinem; in
Nicæn. Concil. II. apud Caranz.
p. 523. Etsi facimus hominum pio-
rum similitudines, non tamen eæ sunt,
ut adorentur ut Dii, sed ut eas viden-
tes ad imitationem facinorum illorum
irritemur. Si verò similitudines Christi
facimus, sanè non propter similitudi-
nem adoramus, sed quo mens per ea,
quæ conspexit, sursum volet. At par-
vuli nostri huic homini, quem
 vident & adorant, unice inhæ-
 rent, ita, ut pro puerili captu
 credant, hunc CHRISTUM,
 quem

quem oculis usurpant, deseruisse cœlum, & in hypocaufto illo quasi inclusum & circumscriptum tantum existere. Hinc adorant hominem latentem fortasse sub sancto habitu magnum nebulonem, hunc verum credunt DEUM, Satanæ & inferni victorem, mundi Salvatorem, omnis boni fatorem & datorem; hunc osculantur; hunc animi submissione, piâ membrorum trepidatione, suspiriis, precibus, lacrymis religiosè excipiunt, & sic omnem cultum terminativè in eum derivant. Concedat mihi Dn. *Calovius*, quem Deus Ecclesiæ suæ fervet sospitem diutissimè, suam argumentationem, quâ *System. Loc. Theol.* Tom. I. pag. 195. ad-

adversus Calixtum utitur meam Conclusionem aptissime inferentem, si solum Minorem Terminum, *Judeos & Mahumetanos*, cum parvulis nostris permittentem, *Si habendi sunt*, inquit, *idololatre*, qui cultum divinum ei deferunt, quem pro mera habent creatura, ut ut non sit mera creatura, sed verus Deus, tantum falso pro creatura mera habeatur, quod de Arianis Patres antiqui docuere, de Socinianis agnoscit Calixtus: utique multo magis idololatre haberi debent, qui divinum cultum exhibent ei, qui non est verus DEUS, sed falso habetur pro vero DEO: quod faciunt nostri parvuli.

§. 26. Nil juvat defensores cæcos effugium: adolescentes non aliter esse à parentibus informatos, adeoque

ne

nescire, illos esse homines.
Resp. enim (1. errore superiorum non excusatur error inferiorum. Enormiter credo peccare parentes, qui pro sanâ DEI doctrina tantas corruptelas suis instillant. Habet hîc illud locum: Quod quis per alium facit, per se fecisse putandus est. Si Vir cœteroquin probus Eli miserè vitam perdidit, quòd malos filiorum, mores non correxerat, in peccato eis adjutor; quid merebuntur parentes, qui bonæ indolis filios ultrò perditum eunt, & sua sic delectamenta quærunt? Quasi sanctissimum DEI nomen & verbum ideò esset nobis datum, ut carnales nostras voluptates expleret.
Resp. (2. cum B. D. Dannhau-

ro., ex Hodomer. Spir. Pap. Phant. VI. p. 1197. Idololatria non estimatur ex solo adorantis conceptu, Sed ex re ipsa. Sanè si Satanas in specie Christi apparens adoraretur, idololatria committeretur, si maxime à cultore conciperetur esse Christus. Nulla hîc excusat ignorantia. Paria ferè notat Dn. D. Calovius ex B. Balduino, in Annot. Anti-Grot. ad 1. Cor. VIII. vers 12. Annon Pontificii, missam audientes, idololatræ rectè dicantur, cum non ex malitia, sed ex simplicitate, & in conscientia ita persuasi hoc faciunt? Idololatria in officio missæ satis manifesta est, dum sanctos invocant, & benedictum panem adorant, & coram creatura procidunt, dicentes eam Creatorem. Et quamvis hîc discrimen sit inter eos, qui contra conscientiam hanc idololatriam defendunt, & aliis, qui ex simplici per-

suas

*svasione erroris, in quo nati sunt, id
 faciunt: Atamen cultus Missaticus
 naturam suam non exuit, & quia ipse
 idololatricus est, idcirco & cultores
 suos reddit idololatrias, qualicumque
 affectu aut intentione hoc ab ipsis fiat.
 Quæ hîc de Pontificiis Missam
 colentibus dicuntur, ea ad par-
 vulos nostros, meros homi-
 nes adorantes, applica, & ea-
 dem redibit Conclusio. Rectè
 omnino *Augustinus* (vel quicun-
 que autor est) ait quæst. 29. su-
 per *Josiam* t. 4. f. 297. *quisquis
 talem cogitat Deum, qualis non est
 Deus, alienum utique & falsum Deum
 in cogitatione portat. Adeat, qui
 vult, Voetii Disp. select. P. 2. p. 86.
 ubi Judæos probat esse atheos,
 Satanæ, non DEI Synagogam
 &c. it. p. 103. ubi de eorundem
 idololatriâ, tam crassâ, quam
 sub-**

subtili, est sollicitus. Quæ omnia ad uberiores præsentis rei explicationem faciunt Adde Magnifici Dn. D. Geieri Disquis. de superstit. c. III. passim.

§. 27. Nec facit ad bonitatem rei, pueros & puellas nondum habere satis firmatum iudicium, nec adeò in orando semper diversos formare conceptus. Nam ut placent DEO preces ab huiusmodi orantibus ob defectum iudicii non intellectæ, ad verum tamen Deum directæ, & ex fide à Spiritu S. accensæ profectæ, Ps. VIII. 3. ita displicent eadem, si ad idolum & creaturam diriguntur, quocunque modo, & à quocunque id fiat. Deinde faciunt omninò conceptus. Audi, qualem Deum jubeantur concipere

cipere parvuli, scil. *injustum*, qui heroum filios, noxas, ditet, pauperum probos deferat. : *hypocriticum*, qui, adstante hominum coetu, multa sæpè donet, noctu mox repetat: imò (horret animus, quando audio) *furrem*, qui oblata munera furatus sit fartoribus, futoribus, mercatoribus &c. Der heil. Christ hats dem Schneider gestohlen; er stiehlt dir's wieder &c. communes anicularum formulæ sunt, nescio, quibus furiis agitarum. Abi nunc, & dic, omnia, preces & devotiones, cadere in verum Deum, non in illas larvas: conficies illud, convicia hæc quoque in optimo DEO nostro terminari. Apage cum magna impietate! Postremùm nullâ re veriùs

D

ex-

exhibetur, & pueritiæ implan-
tatur dogma illud Pontifici-
um, de invocandis Sanctis,
nostris apud Deum intercesso-
ribus & mediatoribus, quàm
hoc ipso dramate. Sistitur
personatus Christus, factus
accusatione & calumniis Ru-
perti iratus, ab itumque mini-
tans: quem intercessionibus Pe-
tri, Angelorum, aliorumque
ministorum mitigant atque
retinent, quibus Advocatis &
pueri post capta munera in-
gentes pro isto suo patrocinio
gratias agunt.

§. 28. Ecce Spiritum Pa-
pæum, qui, quando parentes
excœcavit, ipsos filios, illis ap-
plaudentibus, corripit & obfi-
det. Sic à bove majori discit
arare minor, Ut adeò locum
hic

hîc habeat, & apta sit, aliàs inepta *Thomæ Aqu.* 22. qv. 2. a. 2. 6. allegorifatio: *Minores*, qui significantur per asinos, in credendis adhærere majoribus, qui per boves significantur, debent. Quare hic error in primum Præceptum multis modis injurius, est verè capitalis, & talis, qui infauftas illas larvas omni jure nostrâ Republicâ ejiciat. Non possum, quin de hâc re judicium judiciosissimi Theologi *B. Dannehauseri*, hûc adscribam, ut ob tanti Viri autoritatem, mihi patrocinantem, mea fortè sententia accuratiùs expendatur. Sic autem ille Part. V. *Lact. Catechet.* p. 649. scribit: *Unter andern Lappalien / damit man die alte Weihnacht-Zeit offte mehr/als mit Gottes Wort und*

heiligen Übungen zubringt / ist
auch der Weihnacht / Baum/
oder Tannen / Baum / den man
zu Hauß auffrichtet / denselben
mit Puppen und Zucker be-
hengt / und ihn hernach schüt-
teln und abblümen läßt. Wo
die Gewohnheit herkommen /
weiß ich nicht / ist ein Kinderspiel /
doch NB. besser / als andere
Phantasien / ja Abgötterey / so
man mit dem Christ = Kindel
pfllegt zu treiben / und also des
Satans Capell neben die Kirch
bauet / den Kindern eine solche
opinion beybringt / daß sie ihre
innigliche Kinder / Gebetlein für
dem verminneten und ver-
meynten Christ / Kindlein fast
abgöttischer Weiß ablegen. Viel
besser wäre es / man weistete sie
auff

auff den Geistlichen Cedern-
Baum Christum Jesum.

s. 29. Sicut autem uno
dato absurdo sequuntur plura:
ita hinc non unum committi-
tur peccatum. Verè huic Chri-
stianorum superstitioni ac-
commodantur, quæ in genere
olim scripsit de Superstit. ap-
posite fatis *Plutarchus: Superstitio-
nis ridicula sunt opera atque effectus,
verba, motus, præstigia, incantationes,
circumcursationes, tympanorum pul-
siones, lustrationes impuræ, sordida ca-
stimoniam &c.* Peccatur enim
porrò hinc contra jecundum Præ-
ceptum, intolerabili nominis CHRI-
STI profanatione. Christus ille
unctus est, quem uncti omnes
Prophetæ, sacerdotes, reges in
V. T. adumbrârunt: & hic
sicut præ sodalibus unctus est

infinitâ plenitudine Spiritus
 Sancti, Pf. XLV. 8. ita singulari
 reverentiâ ipsum etiam illius
 nomen est usurpandum, non
 temerè, non frustrâ, non levi-
 ter, non falsò & contumeliosè.
 At quoties, instante sacro illo
 tempore, nomen Christi in va-
 num assumitur? millies per
 horam ab unico puerulo ef-
 fertur, millies profanatur, mil-
 lies blasphemio abusu conta-
 minatur. Unus ac alter sæpè
 pulsat fores, aut murmurat
 furcifer; & ilicò sanctus Chri-
 stus audit, & sanctè invocatur.
 Sonum si emittunt nolæ, vel
 hircis, vel canibus, vel equis
 appensæ; confestim sanctus
 Christo salutantur istæ bestiaë.
 Imò quoties diræ audiuntur
 voces: **Der Heil. Christ hat
 mir**

mir einen Quarcß beschert. Der
 Heil. Christ ist nicht viel werth.
 Der Heil. Christ ist arm/ ist ein
 Mausekopff &c. Si ergò ali-
 quando ratio est reddenda de
 omni verbo otioso, Matth. XII.
 36. quid illi expectabunt, qui
 jocosè, contemptim & temerè,
 quin & blasphemè, toties fan-
 ctissimum illud nomen eru-
 ctant? Ut munivit summus
 Deus secundum Præceptum
 peculiari comminatione præ-
 cæteris: *Non habebit Dominus in-
 fontem illum, qui assumerit nomen eius
 in vanum*, Exod. XX. 7. Deut. V.
 II. ita severior erit pœna eorū,
 qui scientes & prudentes divi-
 num interdictum transgredi-
 untur.

§. 30. Peccatur porro con-
 tra tertium Præceptum. Ipsi paren-
 tes

tes magis sunt intenti rebus
 ludicris & puerilibus , quàm
 divino cultui : Vulgus verò,
 quicquid sanctum , quicquid
 pium & religiosum , omne id
 insuper habet , & cœco ac bel-
 luino impetu has delicias die
 & nocte sectatur. Dux caper
 ipse gregis , h. e. coryphæus
 cum lascivo grege sancti co-
 mitatûs angelici (qui pierum-
 que sunt ex iis, quos vel ob cla-
 vium templi custodiam , vel
 ob harmonicum concentum
 sacris Festi interesse decet ,)
 nocturno tumultu & strepitu,
 comotationibus , saltationi-
 bus , obambulationibus, illud
 tempus consumit, quod verbi
 DEI lectione , devotâ medita-
 tione , seriâ precum & gratia-
 rum actionis ad DEUM pro-
 sum-

summo dono natalitio, Filio unigenito, effusione, transigere par erat. Atque ita tremulum & temulentum caput festo die offertur DEO, profanâ dementiâ correptum, somnolentiâ oneratum. O sanctas ineptias! Quod si redivivus daretur nobis *Tertullianus*, magis jam deberet acuere querelam, quâ profanationem dominicæ diei suo tempore usitatam, in Apolog. c. 42. reprehendit: *Quis hoc, inquit, sustinere aut defendere potest? Judæis dies festos exprobrat Spiritus Sanctus: Sabbathâ, ait, vestra, & neomenias & ceremonias odit anima mea: nobis, quibus Sabbathâ extranea sunt, & neomeniæ & feriæ aliquando à DEO dilectæ, Saturnalia, & Januaria, & Brumæ, & Matronales frequentantur, munera*

commeant, strenæ consonant, lusus,
convivia constrepant. O melior fides
nationum in suam sectam: quæ nullam
solemnitatem Christianorum sibi ven-
dicat, non dominicum diem, non Pen-
tecosten, etiamsi nõssent, nobiscum com-
municassent, ne Christiani viderentur.
Nos ne ethnici pronunciemur, non veb-
remur. Legimus in Codice Tit.
de Feriis, decreto Leonis &
Anthemii Impp. simili infaniæ
hunc obicem positum: Dies
festos majestati altissimi dedi-
catos nullis volumus volupta-
tibus occupari. Et mox: Nec
tamen hujus religiosæ diei oia
relaxantes, obscæniorum,
quenquam patimur volupta-
tibus detineri. Nihil eodem
die ibi vendicet scena theatra-
lis, vel Circense certamen, aut
ferarum lacrymosa spectacu-
la,

la, etiam si NB in nostrum Na-
 talem celebranda solennitas
 incidit, differatur. Amissio-
 nem militiæ, proscriptionem
 patrimonii sustinebit, si quis
 unquam die festo spectaculis
 interesse, vel cujuscunque ju-
 dices apparitor, prætextu ne-
 gotii publici seu privati, hæc,
 quæ lege hæc statuta sunt, cre-
 diderit remoranda. Satis seve-
 ra animadversio! Sed tolera-
 bilior eâ, quam ipse supremus
 Judex & Inspector minatur.
 Exod XXXI. 14. c. XXXV. 2.
*quicunque profanaverit Sabbathum, morte
 morietur.* Cui aliæ comminatio-
 nes adduntur, ut immissio ignis,
 Ezech. XX 47. famis audien-
 di verbum, Amos. V. 22. vasta-
 statio terræ, Jer. VIII 9. & simi-
 les.

§. 31. Similiter reliqua lædunt Præcepta sancti nequitiæ structores & architecti. Nam, ut *Heinsius* in *Aristar.* c. VII. ad *Joh. V. 9.* loquitur, *nullum superstitio plerumque, ubi semel incipit, novit modum: nec consistit, ubi cœpit, sed us cœpit, rationis, quam ignorat, pariter & sui, aliis molesta, sibi gravis, limites excedit.* Læditur ergo quartum Præceptum, quando lascivi adolescentes, servi, ancillæ, turbæ comitantur, invitis parentibus, omissis demandatis negotiis: quando magistratum nimio & exuberante excessu commovent ad iram: quando Doctorum meditationes quibus invigilant eo tempore, turbant atq; impediunt. Quintum, quando meticulosi & innocentes pueri & puellæ horrendo aspectu.

spe.

spectu, sævo tumultu, minaci
 accessu & raptu exanimantur,
 in periculosos morbos (ut re
 compertum est) conjiciun-
 tur , & nonnunquam sic vitâ
 privantur : terrentur gravidæ
 & pavidæ uxores: aluntur rixæ
 & contentiones, à diversis par-
 tibus, lucri harpyjis, susceptæ.
Sextum, quando omnis lascivia
 & libido diabolicâ diabolorum
 personatorum larvâ tectâ im-
 punè grassantur: quando Ru-
 perti inter se certant, quis pra-
 vis illecebris, vultûs procaci-
 tate, libidinoso tactu, turpilo-
 quio, sermonis spurcitie altero
 fit superior & pejor *Septimum*,
 quando rapinæ & furta jocosè
 & liberè exercentur, pravâ o-
 culorum cupiditate oblata
 munera desiderantur, & sic

non minus pedes, quàm oculi
 in aliena immittuntur, quod,
 juxta Xenocratem, æque tur-
 pe est. *Octavum*, quando Duces
 se invicem criminantur, &
 quilibet artes suas in edendis
 spectaculis alterius jactabun-
 dus præfert, cauturus, ne tan-
 tum bolum, quem sperat alter
 è faucibus eripiat: quando ore
 & linguâ, simulato habitu, ge-
 stu, nutu, non nisi mera men-
 dacia piis adolescentulis ob-
 trudunt & ad idololatriam vel
 invites alliciunt. *Nonum & Deci-
 mum*, quando pravâ propen-
 sione bonis proximi, quæ in-
 tuetur obliquo oculo, inhiant:
 quando uxores, servos, ancil-
 las à debito officio retrahunt,
 & quò min9 injunctorum cu-
 ram gerant, in causa sunt. Sic
 &

& multis aliis modis, hæc spectra, ut ipse Diabolus est, *fiunt in versus decalogus.* Et licet, quod fateor, multa per Accidens cum ritu isto sint conjuncta, nec ego ignorem, quod abusus non tollat rei usum, juxta illud:

Ufus habet laudem crimen
abusus habet.

Tamen quia (1. abusus superat maxime usum. (2. ipse usus est damnabilis & impius, ut est ostensum. Et (3. omnia illa Accidentia ferè inseparabilia videntur; nihil nostræ opinionis hæc derogant. Tolle ab eo ritum, quæ divinæ legi contraria jam adduximus, & vide, quid maneat superstes.

§. 32. Diu fatis Evangelicas Germaniæ Academies pervaserat

ferat labes illa detestabilis, *Pen-*
nalismus, non omninò in se ma-
 lus; sed quia per abusum in im-
 mensum monstrum evaserat,
 ita nunc est abrogatus, ut ne
 rudera quidem obscura quæ-
 dam relicta sint. Simili consue-
 tudine in locis multis per *Domi-*
nicam Letare letum sive mortis
 imago diversimodis ritibus
 antehac fuit extrusa. Et memi-
 nit hujus rei *Dresserus* de Fests.
 p. 68. & *Mill.* V. p. 169 ac refert,
 quòd *Misenenses* pueri puellæ-
 que *Perticam* ex ramusculis
 abiignis confectam & variis
 additamētis ornatam circum-
 ferant, ac ostiatim canendo
memoriam expulsæ mortis celebrent
 ac renovent. Nec latet, quid
 fiat in pagis, ubi puellæ rusti-
 canæ ritibus & cantibus termē
 iif-

iisdem *personatam mortem*, sive stramineam larvam in alienum agrum transportant, ac arboris virentis fatione **MORTAM** à **MARTHA**, ac novellis maritis longè abesse jubent. Que consuetudo ad sepimenta nostra translata videtur Dresfero à Polonis & Silesiis promanasse, qui in memoriam conversionis suæ ad Christianismum sub *Miceslao* factæ, & idolorum simul à majoribus suis confractorum & ejectorum quâvis Dominicâ Lætare simulacra spectris similia circumgestent, & tandem in cœnum projiciant, ac per exustionem penitùs annihilent. Conf & B. *Kromayer*, Hist. Eccles. p. 413. Cent. X. Sed hæc consuetudo, etsi non ita prava, in

in nostris jam aliisque muris feliciter abrogata est. Cur non idem fatum his larvis fit optandum & expectandum?

§. 33. Sed age, quid vulgò soleat obverti, nunc paucis videbimus. Clamitant omnes, *antiquum esse ritum*, nec ideo nunc demum abrogandum, cum sit tolerat⁹ tamdiu. Resp. (r. Nego, antiquum esse, si respicias tempora Adami, Abrahami, Davidis, Apostolorum. Olim enim sic non erat. Multo est antiquior æterna veritas, h. e. verbum Dei, quod hunc ritum damnat. Utinam nihil prius, nihil antiquius haberemus, quam verum illud antiquum, crede, hic ritus exularet. Adeoque, quod tu obvertis, ego invertō, & quæ perver-

se

se in alia controversia, ad eun-
 dem fontem respiciens addu-
 cit Spiritus Photinianus *Fonæ*
Schlinchtingii à Buccovviec. de SS.
Trin. adv. Meisn. in Præfat. p.
9. iis ego sano sensu adversus
te utor. Sic autem illius verba
habent: Sanè tempus est, ut tot iam
scriptis per orbem publicatis, in tantâq;
veritatis luce, oculos aperiamus, &
cùm ad extremum erroris in hoc ar-
gumento jam pridem deventum sit, in-
cipiamus aliquando referre pedem, &
vestigia relegentes, eò, unde primum
aberratum est, reverti. Rectè enim
Tertullianus inde adversus univer-
sas hæreses præjudicari, atque præscri-
bi asserit, nempe, id esse verum, quod-
cunque primum, id esse adulterinum,
quodcunque posterius. Tolerabim9,
inquã, Tertulliani & Schlinch-
tingii effatum, (habetur apud
 Ter-

Tertull. lib. de Præscript. c. 21.)
 quod hîc tuum facis, & sic sub-
 sumimus : Atqui hic ritus, ut
 nunc est, larvarum Natalitia-
 rum posterior est tempore,
 Apostolorum, Ergò, adulteri-
 nus est, & minimè toleran-
 dus.

§. 34. Observa insuper
 contra malam tuam, antiquã
 æstimatam consuetudinem,
 quod idem *Tertullianus* lib. de
 Veland. Virg. c. 1. scribit: *Dominus*
noster CHRISTUS (NB. ve-
 rus, non fictitiis & larvatus)
veritatem se, non consuetudinem ap-
pellavit: Et veritati nemo præscribere
potest, non spacium temporis, non pa-
trocinia personarum, non privilegia
religionum. Cum quo facit Ignati-
us, qui pulchrè in Epist. ad Phi-
ladelph. scribit: ἐμοὶ δεχθεῖα Ἰη-
 Ἰη-

Ἰησῦς ὁ Χριστός, ἔ' ᾠδανῶσαι πρὸς ἡ-
 λῶν ὄλεθρον, i. e. JESUS CHRIS-
 TUS *antiquitas*, feu ut alii red-
 dunt, *pro Archivis est*, cui non pa-
 rere, *manifestum est exitium*. Tibi
 ergò, qui Christum ludistuis
 ludis, *manifestum paras exi-*
tium. Deinde Resp. (2. Diabolo,
 pater mendacii etiam antiquo
 est, & cum eo foetus innume-
 rabiles, quos ab initio mundi
 edidit. Ergò. Diabolus, ergò
 omnis generis vitia sunt tole-
 randa? Absit! Eleganter pro
 nobis loquitur *Augustinus* in lib.
 de Quæst. Vet. & N. Test. qv.
 14. f. 832. Tom. IV. Oper. Pagan-
 ni, inquit, *antiquitatis causâ verum*
se tenere contendunt, quia, quod anteri-
us est, inquiunt, verius est. Quasi
antiquitas & consuetudo præjudicet
veritati. Possent enim homicidæ, aut
 molles,

molles, aut adulteri, vel ceteri criminosi per hanc illicita sua defendere, quia antiqua sunt, & ab initio mundi coepta. Resp. (3. directè; nihil evincit antiquitas, nisi cum eâ Veritas jungatur. Esto igitur, antiqua hæc sit ceremonia, non tamen propterea à Christo Ecclesiæ tradita est, aut ei probatur. Quia enim non est vera, non legitima & verbo DEI conformis, igitur in Ecclesiam irrepsit sub larvâ. Quare non debemus, ut Chrysostomus Epist. LXIII. monuit, attendere, quid alius ante nos putaverit, sed quid, qui ante omnes est, CHRISTUS prior fecerit. Siquidem, ut Epist. LXIV. ait, consuetudo sine veritate vetustus error est. Pulchrè Seneca lib. de Vita beat. c. I. Nihil magis prestandum est, quàm ne pecorum ritu

sc

sequamur antecedentium gregem, per-
gentes, non quia eundum est, sed quia
itur. Atqui nulla res majoribus nos
malis implicat, quam quod ad rumo-
rem componimur, optima rati ea, quae
magno assensu recepta sunt, quorumque
exempla nobis multa sunt. Inde ista
tanta coacervatio aliorum super alios
ruentium. Quod in strage hominum
magna evenit, cum ipse se populo pre-
mit, nemo ita cadit, ut non alium in se
attrahat: primi exitio sequentibus sunt:
hoc in omni vita videas licet: nemo sibi
tantum errat, sed alii erroris causa &
auctor est. Nocet enim applicari an-
tecedentibus, & dum unusquisque ma-
vult credere, quam judicare, nunquam
de vita judicatur, semper creditur &c.
Quia itaque multum valet
apud homines consuetudo,
docente etiam Philosopho,
Me-

Metaph. L.II. c.3. p.m.1249. alia
 verò bona, alia mala est: cir-
 cumspeditione prudenti opus
 est. Jcti & Casistæ cùm alia
 requisita in consuetudine tole-
 rabili, tùm imprimis *probabi-*
lem rationem requirunt, quæ non
 omninò & manifestè refraga-
 tur divino juri & naturali, cap.
 ult. X. de Consuetud. c.1. de
 jurejurand. in 6. Vasquez de
 Success. creat. lib.1. §.2. n.7. Et
 Nicolaus Papa malam consue-
 tudinem eradicandam cupit.
 Sic enim Can. Mala consuetu-
 do.3. dist.8. legitur: *Mala con-*
suetudo, quæ non minus, quàm pern-
ciosa, corruptela vitanda est, nisi ci-
tius radicitus evellatur, in privile-
giorum jus ab improbis assumitur, &
incipiunt prævaricationes, & variæ
presumptiones celerrimè non com-
pressæ

primùm verbis saltem paren-
 tes hæc perſuaſiſſe filioliſ, uſq;
 demum vivæ additæ perſonæ,
 quæ reipſâ implantata tenellis
 animis repræſentarent,) ubi ſi
 probos & precum Chriſtianarum gna-
 ros invenit liberos, dona illis distribuit
 varia. - Additur inter munera
 Chriſti plerumq; etiam VIRGA, ut
 metu caſtigationis faciliùs ſe regi ſte-
 tiq; patiantur, & bonis ſemper aliquid
 mali miſeri diſcant. Sed Reſp. (1.
 Concedo, facere aliquid ad di-
 ſciplinam apud quosdam; quis
 autem de ſingulis id affirma-
 bit? Reſp. (2. Hoc caſtigationis
 medium vix aliquot ſeptima-
 nas locum habet: quo medio
 per integrum annum effuſam
 laſciviam & contumaciam,
 compeſcis, eo & exiguo illo
 tempore utaris. Reſp. (3. Divi-
 na

na oracula de hoc coërcendi remedio silent, & præscribunt aliud tutius, quod consistit in admonitione, redargutione, in fustibus & virgis, quibus veternum excutias, Eph. VI. 4. Prov. XIII. 24. c. XXIII. 13. Sir. XXX. 1. usque ad 13. Quod si meliorem scivisset, qui scit omnia, modum, quo frenari posset adolescentia, illum præscripsisset. Cùm autem dederit nullum, nostrum non est, nostrà stultitiâ corrigere Magistrum optimum. *Non faciat quisque quod in oculis suis rectum videtur, sed quod præcipio tibi, hoc tantum facias, non addas quicquam, nec minuas, Deut. XII. 32. Manet proinde illud Lactantii lib. III. c. 15. Nihil interest, quo animo id facias, quod fecisse vitiosum est.*

§. 36. Hæc, Lector Benevole, tecum communicare volui, ex animo verè Christiano profecta. Non dubito, fore quosdam, præcipuè ex iis, qui januis templorum præfident, quos ædituos vulgus appellat, utpote quorum præcipuè res agitur, dum spes ditescendi minuitur, qui hoc meum iudicium, nimis irritati, minus poterunt tolerare, ac solent crabrones strepitum infidiatorū perferre. Sed rei bonitati confisus, hos, & alios larvarum strenuos defensores, & Christi hostes, tantū curo, quanti

Aut numerum lupus, aut
 torrentia flumina ripam.
 Sicubi lapsus sum, meliùs instructus resurgam, modò aliquis amicam mihi porrigat,
 ma-

manum. Interim credo, enormiter peccare, & qui informati, quibus compescendi potestas est, Spectra hæc tolerant, & qui ea sacræ famis causa producunt, nescio, cujus DEI ministri. Pertinet enim hûc, quod scribit *Cyprianus Ep. 73. ad Jubaian. num. II. p. 221.* Ignosci potest simpliciter erranti, sicut de se ipso dicit *Apostolus Paulus: Qui primò, inquit, fui blasphemus & persecutor & injuriosus, sed misericordiam merui, quia ignorans feci: post inspirationem verò & revelationem factâ, qui in eo, quod erraverat, perseverat prudens & sciens, sine veniâ ignorantia peccat; præsumptione enim atque obstinatione quâdam nititur, cum ratione superetur.* Sic & communiter dicim⁹: errare humanum est, perseverare diabolicum.

§. 37. Obſignamustandem hanc noſtram meditationem graviffimâ dehortatione Gregorii Nazianzeni, quæ extat in præclara illa Orat. in Natal. Dom. Hanc feſtivitatem, inquit, celebremus non panegyrico, ſed divino: non mundano, ſed ſupermundano modo. Nequaquam fores coronemus, non choros inſtauremus, non compitiarum exornemus, non oculos paſcimus, non auditum oblectemus, non odoratum effœminemus, non guſtui lenocinemur, non tactui obſequamur, non veſtimentis teneris ac fluidis, ex quibus id, quod pulcherrimum, planè eſt inutile, molliter induamur, non gemmarum ſplendoribus, non auri fulgoribus, non colorum fucis naturalem mentientibus pulchritudinem, & propter imaginem repertis, non commeaſationibus & ebrietatibus, quibus cubilia & libidi-

di-

Sic decet. En larvam busta
 caduca tegunt.
 Plangite vos pueri, lessum da-
 te voce puellæ:
 Quid trepidatis? abit. Quid
 crepitatis? abest.
 At crepitate, probo; multo tre-
 pidate cachinno:
 Umbra quid fugitis? Defi-
 cit umbra, fugit.
 Conticuit campana; sonent
 crepitacula. Funus
 Larvatum elatum est; Præ-
 fica parvula flet.
 Ornant ridiculum caput aucta
 crepundia cæsi
 Horribilis monstri. Digna
 trophæa viro!
 Et lemures, larvæ, manesq;
 laresq; Ruperti
 Sunt comites. *Procul hinc san-
